



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cvrис Ivdiciisqve Dei, Erga Homines In Hac  
Vita Existentes, Firmata**

**Stengel, Georg**

**[S.I.], 1645**

§. 3. Ex clementia Dei, bonitas illius agnoscitur, nostra excitatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](#)

finitam illius excellentiam, qui, quia in se optimus est, est etiam alijs summè bonus<sup>r</sup>, bonitate, vt vocant, *respectua*. Hac omnibus creaturis se communicat, sed intelligentiā præditis, modo insuper peculiari; nempe sub vltimi finis ratione, ad quem vt nos dirigat perducātque, donis cumulat, & ijs, quibus nos, tanquam caussa efficiens naturalis, conseruans, prouidēnsque regit; & per quæ efficiuntur *divina confortes naturæ*, vt dixit, quem S. Dionysius *Theologorum decus supremum & antiquissimum columen nominauit*. Inter hæc dona autem, sunt variæ virtutes, quas nos vult (etiam indignis beneficiendo) docere.

S. Dionysius cap. 3.  
diuin. nom.

## §. III.

*Ex clementia Dei, bonitas illius agnoscitur, nostra excitatur.*

Prima est, vt hanc ipsam bonitatem, in Deo agnoscamus & credamus. Nam, vt Clemens Alexandrinus dixit: *bona facere, est Dei natura, ut ignis calefacere, & lucis illuminare*. Sic multorum natura, aut malitia potius velut in naturam versa, est *mala facere*, omnes accusare, omnes calumniari, omnes offendere, instar echini, vbiunque eum tangas, aculeati; immò instar *decem cornua Apoc. 13.*

Clem.  
Alex. I. 1. Strom.

c. 8.

Z 3 haben. 3:

*habentium diabolorum. Secunda caussa est,*  
*vt sciamus, vnde & nos boni fieri possimus,*

**In Pimā-**

**dro c. 4.**

**Plotin.**

**Ennead.**

**6.1.7.c.22.**

*atque ita in spem erigamur. Nam, vt vel Hermes tradidit, Deus est bonum bona faciens, bonum efficiens: vel, vt Plotinus docet, Deus est bonum, cetera bona, ut amari possint, quasi colorans, & hoc ipso amabilia reddens. Apelles te bonum pictorem; Praxiteles bonum sculptorem, aut statuarium; Galenus bonum medicum; Deus bonum hominem faciet, vt nōris, à quo magistro discere debreas pietatem. Tertia caussa est, vt homo, se, cum diuina gratia, bonitatis illius capacem faciat. Siquidem, vt ex mente Platonis Alcinous loquitur, Deus bonus est, quoniam in omnia, pro cuiusq; facultate, sua beneficia, confert, cum omnis boni caussa sit. Ut ergo minus vasculum minus balsami capit, & in maiore plus potest comprehendendi; sic diuina bonitas in eos se se copiosius effundit, qui sinum magis dilatant. Audi Saluatorem:*

**Luc. 7.47.**

*Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multū. Vbi D. Gregorius ait: Tanto ergo amplius peccati rubigo consumitur, quanto peccatoris cor magno charitatis igne concrematur. Nam vtique qui ex amore Dei magis dolet, se Deum offendisse, venia se reddit, dignio-*

digniorem, capaciorque sit maioris gratiae  
diuinæ infundendæ. Sic oleum stetit, cum 4. Reg. 4.  
vas non superesset; quod tam diu fluxit,<sup>5.</sup>  
quam diu filij matri suæ oleum infundenti  
vasa offerre potuerunt.

## §. IV.

*Clementia Dei docet nos etiam in in-*  
*gratos esse beneficos.*

Quarta cauſſa est, ne nos à beneficiendo  
excusemus, dicentes, littus fruſtra arari, &  
nequicquam in laxis ſeminari: eſſe enim ho-  
mines quosdam, ſicut ſicum aridam, ſicut  
terram ſterilem, inutiles, ingratos, immo  
qui tanquam militares illi Leopardi, bene-  
ficijs peiores fiant. Quis actum libenter a-  
git? quis AEthiopem lauare, aut laterem  
conatur? Hæc omnia refutat diuina boni-  
tas, quæ quos redemifſet, niſi etiam pro ini-  
micis ſuis voluifſet Dei Filium, in cruce, im-  
molari? Philo, qui Hebræorum Plato dictus  
eft, in hunc modum differit: *Benignus cum* Philo. I. I.  
*fit Deus, largitur bona omnibus etiam imper-* allegor.  
*fectis, inuitans eos, ut emulatores virtutis, atq;*  
*participes fiant, ostentansq; immensas ſuas diui-*  
*tias, quod ſufficient etiam ijs, qui non magnam*  
*utilitatem inde capiunt. Hoc autem alijs rebus*  
*declarat manifestissime; quoies enim pluit in*

Matth. §.  
45.